



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies  
quadraginta**

**Flavin, Melchior de**

**Parisiis, 1566**

In quibus constat libertas populi Christiani.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29986**

*In quibus consistat libertas populi  
Christiani.*

Quum ecclesia Dei à sua nascentia fuerit subdita afflictionibus & calamitatibus, sub dura seruitute dæmonū, infestatione, ante imperia & post imperia tyrannorum regum Ægypti, Babylonis, Assyriæ, Syriæ, Moab, Amon, Philistinorum, &c. Videtur libertas ecclesiæ nomen sine re: Attamē nusquam est libertas nisi in ecclesia, nō more Stoicorum qui dicunt solos sapientes liberos. Atqui alia est Christi libertas de qua Ioan. 8. Si filius vos liberauerit verè liberi eritis, non vmbra libertatis sed vera, deleto peccato cum incommodis quæ ad se trahit, vt cæcias nubes pacata ira Dei, abolita morte, sublatis humanis calamitatibus, donata æterna iustitia, luce, vita, gloria, Illam consequuti sumus per Christum, quæ in hac vita inchoatur dūtaxat: Nam non sumus omnino liberi à peccato & pœna. Quapropter oramus, libera nos à malo. Hic delibamus, sed in resurrectione erit integra, Ro. 8. & Apo. 21.

Ioan. 8.

Rom. 8. &  
Apo. 21.



quando sublatis omnibus malis fruemur  
vita æterna, familiaritate Dei & Christi  
cuius Ioan.17. Sicut ego & tu pater vnum Ioan.17.  
sumus, ita & ipsi vnum sint in nobis quã-  
do erimus coniuncti & intellectu & vo-  
luntate per visionem & amorem. Liber-  
tatem hãc Christianam nanciscimur per  
gratiam charitatem & spiritum sanctum  
2. ad Cor.3. vbi spiritus Domini ibi & li- 2. ad Cor.3.  
bertas: qui spiritus reddit mentes liberas,  
assistit in tribulationibus vt mitiget & fa-  
ciat, vt cooperentur in bonum, Rom.8. Rom.8.  
ad gloriam Dei primum, Phili.1. Magni- Philip.1.  
ficabitur Christus in carne mea siue per  
mortem siue per vitam. Item ad commo-  
dum proprium & ecclesiæ. Idcirco gau- Rom.5.  
dent in tribulationibus, Rom.5. certi de  
gloria æterna ad quam peruenitur per  
tribulationes, Rom.8.2. Cor.1.& 2.ad Ti- Rom.8. &  
2. Cor.1. &  
2. ad Tim.3.  
Act.14.  
mot.1. Act.14. In illa vita erit consumma-  
ta libertas. Spiritualem hanc & veram li-  
bertatem ignorantes Ethnici in tribula-  
tionibus & calamitatibus fracti sunt im-  
patientia, desperatione, &c. nullam ha-  
bentes consolationem. Vnde plurimi sibi  
cõsciuerunt mortẽ, vt Hannibal, Cleopa-  
tra, Cato, Polycrates, Nero, &c. Seruitus



peccati affert mala innumera sed libertas à peccato innumera bona, quæ per solum Christum nobis contingit cuius fide iustificati ex seruis peccati, sim<sup>9</sup> filij liberi. Quapropter non potest diabolus accusare nos Apoc. 12. proiectus est accusator fratrum non lex Rom. 8. Quis accusabit aduersus filios Dei? Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet? Nedum autem sumus liberi ab omni accusatione, quinimo ab ipsius legis maledicto per Christum, in quo deriuata tota ira patris aduersus peccatum. Esa. 53. Dominus posuit iniquitates omnium nostrum. Ideo dicitur maledictum sacrificium & victima pro peccato. En primum gradum libertatis Christianæ qui ostendit Deum nos habere protectorem, defensorem, amicum, ut non timeamus quicquid nobis obtigerit afflictionis & calamitatis. Alia pars libertatis est quia per Christum datus est nobis spiritus sanctus qui illuminat mentes noua luce, & fugat tenebras peccati, facitque novos motus in voluntate, aufert timorem, & affert amorem. 1. Ioan. 4. nos gubernat & agit, Roman. 8. dat auxilium ut obediamus legi non coacti & detur re-

Apoc. 12.

Rom. 8.

1. Ioan. 4.

Rom. 8.



missio peccatorum imputereturque nobis  
iustitia Christi. Roman. 8. & 10. Is gradus Rom. 8. & 10.  
reddit nos certos quod à spiritu sancto <sup>10.</sup>  
adiutemur & gubernemur. Hæc conso-  
lacio solabatur patres vtriusque testamē-  
ti, patriarchas, prophetas, Apostolos, Ste-  
phanum, Laurentium: quam consolatio-  
nem non senserunt in suis calamitatibus  
Gentiles, Pompeius, Themistocles, Ci-  
cero, hannibal, M. Antho, &c. De illo spi-  
ritu Luc. 11. Pater dabit spiritum bonum Luc. 11.  
petentibus se. In magnis periculis manet  
illa libertas, in quibus premimur vt serui  
sub iugo. Illam libertatē non potest mun-  
dus neque dare, neque auferre. Illam ha-  
buit Ioseph in carcere, Daniel inter leo-  
nes, inter carbones Laurentius. Tertius  
libertatis gradus est esse liberum à lege:  
pro qua libertate eminens & cominus cer-  
tat Paul. ad Rom. Galat. Philip. Coloss. vt  
eximat nos cæremonialibus & iudiciali-  
bus: Nam ex Rab. Moyse Ben Maimon  
lex habebat 613. præcepta 218. affirmati-  
ua & 365. negatiua. Quorum potior pars  
pertinebat ad cæremonias, ad tempus im-  
posita ad probandam obedientiam, vt  
præceptum Adæ, item vt ab idololatria



*Hierem. 7.* auocarentur. Hierem. 7. Non sum locutus de verbo holocaustorum & victimarum cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti. Non enim dederat Moyfi nisi decem verba quibus explicatur lex naturæ: sed videns eorum propensum animum ad idololatriam. *Exod. 32.* Addidit 103. præcepta cæremonialia, quæ continebant eos in Dei cultu: erant figuræ & vmbra Christi & rerum Ecclesiæ cultusque spiritualis, quem illi non attendentes solis externis inhærebant: quos cultus internos sæpe exposuit Christus & Paul. *Roman. 2. Coloss. 2. & 1. Cor. 10.* Erant illa importabilia *Act. 15.* quæ consummata sunt in Christi passione, & resurrectione. Vnde quando post mortem Christi interiit Respub. Iudæorū, cessarunt illa mandata tum cæremonialia tum iudicialia, sicut tabulæ Solonis Athenis, & decemuirales Romæ. Iudicialia siquidem deserunt ablato sceptro & cæremonialia ablato sacerdotio & destructo templo *Hebr. 7. & 8.* Nam à Christo nouum regnum & sacerdotium orta sunt: ideo Iudæi non possunt seruare legalia non habentes neque

*Rom. 2.**Coloss. 2.**1. Cor. 10.**Act. 15.**Gen. 49.**Heb. 7. & 8.*



que sacerdotium, neque regnū quæ utique haberent si Deus vellet illa seruari. Item nec moralia possunt seruari sine spiritu charitatis qui nulli datur sine Christo ad Gal, 3. Vnde quæ nunc seruant Iudæi sunt iussa Phariseorum, eorumque doctorum sine verbo Dei, lex autem moralis: quæ est à lege Dei æterna immutabili & explicatio legis naturæ remanet perpetuò: Lex siquidem naturæ docet quod creatura debet subijci creatori, eū super omnia diligere eiq; obedire in iis, quæ iussit: item docet quod contra peccatum irascatur & quòd iustitia eius requirit pœnam peccatorum, quæ tota cecidit super Christū propter nos. Illa moralis lex est onus & iugum importabile viribus nostris. Esa. 9. & Actuū. 15. Primò quia sine spiritu charitatis alleuiante sed est cum spiritu timoris, Rom. 8. & Hebr. 10. Irritam quis faciens legem Moyfi sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur vnde illo spiritu timoris actus vellet non esse neque legem; neque legislatorem: seruat tantum exterius timore non internè: cum tamen Deus qui est mens requirat mentem. Ioann. 4.



- Veri adoratores adorabunt in spiritu & veritate. Atqui per fidem Christi datur nobis spiritus sanctus charitatis. Galat. 3. Accepistis spiritum ex auditu fidei, & nō ex auditu legis: per quem efficimur spirituales sicut & lex spiritualis est. Rom. 7. Et ex charitate quæ est plenitudo legis, implemus legē. Rom. 8. Qui spiritu Dei aguntur hi sunt filij Dei: tūc enim est vera libertas cum ex amore operamur & letitia. Vnde gratia & charitas faciunt nos liberos, quando non timore sed amore agimur. Metus siquidem legis ademptus est nobis per Christum. Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis in timore quē exhibet lex, sed spiritum adoptionis qui fide nobis præstatur, per quē clamamus & intocamus Deum vt patrem: & hoc est nomen Dei quod nobis prædicauit Christus. Ioan. 17. Manifestaui nomen tuum omnibus quos dedisti mihi, quod scilicet sis pater eorum reconciliatus beneuolus, & illorum amantissimus. Pater, inquit, meus amat vos quia vos me amatis. Moyfes autem prædicauit eum Dominum vindicem, minacem: vnde dicūt Exod. 20. Non loquatur nobis Dominus.



Ideo illa lex cum maximis terroribus data. *Exod. 19. & Hebr. 12.* Illi enim sub lege sunt, qui timore obseruant legem: sed in lege qui amore obseruant etiam si non esset lex *1. Timoth. 1.* Iustus non est lex posita. Hi autē qui sunt expertes fidei Christi, stant sub maledicto legis, habentque legem eos accusantem tam nature quam Moyse. At nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu per legem spiritus vitæ, per quem asserimur à lege peccati & mortis in libertatem filiorum Dei vt iustitia legis in nobis impleatur per Christum. Vnde possumus insultare legi accusanti dicentes. Quid tu iudicas alienum seruum? Nam serui Christi sunt maximè liberi. *Rom. 8.*

*De libertate à legibus humanis.*

C A P. 22



Asertores libertatis carnis, de quibus præmonuit nos Petrus & Iudas, astruunt nos liberos à constitutionibus humanis. Vnde dicunt ritus & constitutiones Ecclesiæ in adiaphoris non mereri remissionem peccatorum, non esse iustitiam euangelij &